

D. F. G.

AVTHORITATE, ET
CONSENSV, NOBILIVM, MA-
GNIFICORVM, ET CLARISSIMORVM VIRORVM, SPE-
CTABILIS DOMINI, INCLYTAE FACVLTATIS IVRIDICAE DECANI, ET CAE-
terorum Dominorum Seniorum, Sac: Rom: Caes: Maest: Consiliariorum, adeoq; totius amplissimi Iu-
risconsultorum Collegij, in celeberrimo & vetustissimo Archigymnasio Viennensi, subsequentes the-
ses, ex assignato sibi c. Quod omnes 29. de Regulis Iuris in VI. vnà cum Q. Ciuili, pro primo
gradu in Vtroq; Iure consequendo, publicè discutiendas proponet.

MARTINVS KHÖCKH PHILOSOPHIAE MAGISTER.

& Iuris Vtriusq; Studiosus.

THESIS PRIMA.



Qvod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

II

I Denim quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

III

Hinc seruitus infundo communi, non potest constitui citra omnium ad quos pertinet, consensum.

IV

I Ta etiam si plures habent seruitutem aquae ducendae ex eodem fonte, Dominus cum diminutione Iuris, primorum, sine consensu eorum, alijs constituere non potest.

V

N eque socius rem communem totam sine consensu alterius socij rectè vendit.

VI

S ecus est in Fisco, qui rem communem alienare potest, ita tamen vt aduersus eum ad quadriennium liceat ijs, qui in re dominium habent, si quas sibi putauerint competere Actiones, intendere.

Questio Ciuilis desumpta ex Argumento L. si quis aliam 46 ff. de solutionibus.

V. Duobus vendentibus cum pacto redimendi, liceat vni, altero nolente, vel negligente, totum pre-
cium offerendo, rem redimere?

*Disputabuntur in Collegio Iurisconsultorum die 18. Augusti
hora 1 pomeridiana Anno 1607.*

VIENNAE AVSTRIAE

Ex officina Typographica Ludouici Bonnoberger, in Contubernio Agni, Anno M. DC. VII.